- Tres itaque primi canales à Kether in Cochna, in Binah, in Tiphereth deducuntur; que tres in Deo emanationes constituent, fundanturque in Tiphereth, quod est centrum, uniuersa creatura. Rursum tres canales à Cochna derivantur in Binah, & Tiphereth, & Gedulah; Canalis à Cochna in Binah moultarum arcuata facies sapientiae de quibus postea. Cetera à Cochna in Gedulah, annexos habet septuaginta duas pontes, de quibus in nomine septuaginta durarum literarum. Duo Canales à Binah derivantur in Geburah & Tiphereth; ita ut Tiphereth à Kether, Cochna, Binah influ-

influxus, tanquam filii à tribus parentibus, ut Rabbi loquuntur, præcedat. Ruris tres canales *Gedulab*, quorum primus est à *Gedulab* in *Geburah*, qui se habet vt ignis & aqua; *Geburah* enim ignis severitas mitigat aquas *Chefet*, hoc est, *infuscatione*, unde necessarium Mundo temperamentum, utpote sine qua defractaretur: Secundus canalis *Gedulab* est ad *Tiphereth*, trahitque secum triginta quinque Principes dextros, & septuaginta duas potestates, que per septuaginta duo nomina Dei indicantur; tertius est à *Gedulab* ad *Nesjat*. Porro *Geburah* duos canales habet, quorum unus est à *Tiphereth*, qui secum trahit triginta quinque Principes severitatis sinistros; alter est à *Geburah* ad *Hod*, trahens secum præceptia negativa, sicuti canalis *Chefet* & *Nesjat* præcepta affirmativa, de quibus postea. Iterum tres canales à *Tiphereth* in *Hod*, in *Iesod*, & in *Nesjat* deriuantur; tres quoque à *Nesjat* in *Hod*, in *Iesod*, in *Malkut*; quo ex *Hod* in *Iesod* & *Malkut*; unus tandem ex *Iesod* in *Malkut*, que est meta & terminus vniuersitatem creature. Habemus iam viginti duorum canali dispositionem, ordinem, & attributa; iam singula per paragraphos ordine declaravimus.

§ IV.

De triginta duabus semitis Sapientie, corundemque sexta mentem Cabalistarum sincera interpretatione.

Aduerunt in Sephirotico systemate Cabalica doctrina vetores Myse, triplex duas semitas, quas nomen matrem, & triplex duas semitas sapientie dominant, & egredientes à Sephira Cochina, id est, Sapientia, iuxta illud: *בְּכָבוֹד כָּבוֹד יְהוָה*, in sapientia Mundum fecisti, & nihil aliud sunt, quam lumen nisi quidam tramites, quibus sancti Dei homines per longum diuinuarum meditationum vium & experimenta tandem ad diuinum abyssi penetralia pertingunt, de quibus ita liber Iesirah:

בְּשִׁמְךָ וְשִׁמְךָ נִתְּנַכְּתָה פָּלוֹת הַכְּבָתָה וְקַפְּתָה חַזְתָּה

צְבָאות שְׁמוֹ בְּסֶפֶר וְסֶפֶר :

Cum triginta duabus semitis mihi ab aliis sapientia exsculpsit Deus retragrammaton Zeroboth nomen suum cum tribus numerationibus, numero numerante et numerato. Quia ut intelligantur, sciendum est, quod tametsi causa causarum Deus summa corona per potentiam sua infinititudinem vniat, & sufficiere faciat omnia existentia per suam tamen sapientiam coexternam, & per omnia sibi coequalem regit omnia, fulcit omnia, condit omnia, & ideo liber Iesirah statim exordium suum capit à triginta duabus semitis sapientie, et quod illæ emanent & trahantur à mente summa & abscondita in sapientiam, & omnis semita emanando à sapientia trahit secum marginas & preciosissimas gemmas de corona summa causa cauatur, quoque pertingat ostendere omnem semitam in intelligentia. Est enim sapientia omnium

Semita 3a
Cabalistarum quidam

Sapientia sua
Deus regit
omnia.

omnium existentium principium, & finis omnium, ideo in ea efformata; exsculpsit, & exarata sunt omnes res in mysteriis fundamentisque suis, & in ea expressa sunt omnia, quæ cedunt teraque ambigui continentur, suntque semita haec eidem innata tanquam summa cardini absque villa de truncatione, & divisione. Vocant admirabilem, quia sicuti causa causarum est in summa omnium admiratione, sic & sapientia, quæ de interiori fulgore splendoris gloria sua essentia emanat, vocatur admirabilis, & semita ab ea procedentes, ob incomprehensionem exundem dispositiones, vocant admirabiles & absconditæ, de quibus suse agentes confunduntur. Meir in Liphne Liphnim; R. Jacob Cohen in hunc locum. Nam ut recte testatur R. Isaac, præcili sapientes per viam Cabala & fundamenta legis docerunt nos, quod maiores nostri ambulauerunt per vias multas, ut tandem fluent in semitis istis, quæ dicuntur admiranda sapientia tradita per Tadmoriel Abraham patre nostro in traditione federis. Verum antequam ad orationem carundem procedamus, primo cur illarum triginta dies, & unde fuerint extractæ, dicemus.

Diximus in precedentibus, ipsam trium diuinatum hypostoleum existentiam ab Hebreis vocitatum suisse pñ px, *Infinitem*, *finitem*: *Haec* itaque in abysso tenebrarum reconditas dum sola sumptu contemplatione aeternum sine vlo ad creaturas respicit fructus, ps, id est, quasi non ens dicitur: At ubi se ita ostenderit, ut nostro concipiendi modo sit aliquid, & reuera substat, tum **א** Aleph tenebrosum in voce ps, in *Aleph* lucidum, ut more Cabalorum loqueretur, convertitur, iuxta illud, *ברית תְּמִימָה*, ita **בָּבָשׂ** *לְאֵת* **אָתָּה**, & tunc quidem, quando exire cupit, & apparete omnium rerum causa, per **בָּבָ** proxime sequentem literam apparet petri, *Aleph* magnum appellatur. ita Menahem Raccanati:

עֲלֵפָה תְּמִימָה הָאָתָּה הַזָּהָב פָּעַלְתָּ הַבְּרִכָּה :

Id est, Iao inuenies hanc literam efficientem omnes res. Nam **א** Aleph litera **בָּבָ** sibi vicinissima secundum dicitur, que prefixa producit dictio **בָּבָבָ**, quæ generationis & productionis rerum omnium pater dicitur, *דְּמָדָה* **בָּבָ**, id est, abscondita Dei essentia allumputa. **בָּבָ** in univocitate, enim, que per medianam literam vocis ps, id est, per **בָּ** indicatur, per quinquaginta portas, que per finali in voce ps aperte indicantur, ablegari; quare **בָּ** suffixa **בָּבָ** producit **בָּבָ**, que Filius in diuinis nominatur, et quae secunda emanatio, dicta *רִאָה*, id est, *principium*, iuxta illud: *בְּרִאָה בְּרִאָה*, *בְּרִאָה בְּרִאָה*, *בְּרִאָה בְּרִאָה*, in *Sapientia*, hoc est, *in Filio*, *creat Deus celum et terram*; Scriptum est enim, *Omnia in sapientia fecisti*. Hoc modo primus effluxus fit secunda emanatio, quia terminus generationis est Filius. Porro in vox ps inter **א** Aleph & **בָּ** Nun intermediet? Id signum nominis Dei in iab. Hosce duos characteres si vocis **בָּ** inserueris, hac ratione, vt **בָּ** inter **בָּ** & **בָּ**, **בָּ** vero pos. **בָּ** Nun inseras; nasceret *בְּנִי Intelligentia*, emanatio in di-

E. Mir.
E. Lach Ca-
ben.
E. Yaaac.

Semita eur
eius termino
et vnde
extractæ.

Menahem
Raccanati.

Thargum
Hierosolym.

Bonum 12.
ex lege Mo-
siae quan-
do excede-

in diuinis tercia, quæ & Spiritus sanctus dicitur. Quæ omnia in tribus primis dictiōibus primi capituli Genesij partim expāsē, partim contra-
dicta demonstrantur: וְיָתַר אֶת־עֵשָׂו, In principio creauit Deus; quasi diceret: Deus Pater in Filio cum Spiritu sancto creauit cœlum & terram; ita ut נִסְחַף recipiat Patrem in diuinis 28, בְּבֵית 12, Filium, רַסְכַּמְלָה, id est, Spiritum sanctum; quæ & in unica voce בְּבֵית inueniuntur, vbi per נִסְחַף בְּבֵית Pater, per בְּבֵית 12 Filius, & per רַסְכַּמְלָה, id est, Spiritus sanctus indicatur. Cum itaque per Filium, quæ est Sapientia Patris, omnia cœcta sint, totiusque creatiois mysterium sub Pentatecho lateat; duplice viâ paulatim in triginta duorum sapientia transiit no-
titia peruenirent. Primo viginti duas literas Alphabeti Hebraicj, quæ rerum omnium creaturarum ordines & gradus, vt suo loco monstratum sunt, sub allegoriciis inuolucris continent, decem Sephiroth, id est, diuinis po-
minibus coniungentes, producent triginta duas semitas sapientia, quas & ex lege Molai; a hoc pæcto eruant. Prima litera totius legis בְּבֵית, in-
traepta, ultima לamed est, in בְּבֵית, quæ coniunctæ sic, 27, consti-
tuunt 32. Et præterea ipsa dictio cor significat, quo indicate volunt, ne-
minem ad tam arduum rerum sublimium considerationem pertingere posse, nisi cordis puri & integri, & ab omnian sensibiliis rerum conta-
gione abstractum hominem. Præterea in primo Genesij capite inueni-
tur nomen Elohim trigesies bis; unde colligunt, Deum per tres Se-
phiroth supremas in Mundum processile per triginta duas semitas, ad hu-
manæ fragilitati insinuandum, quod legi continuo intentus, per carundem
semistarum assiduam contemplationem inuestigationemque pari passu in-
Deum redire, cive quare possit. Itaque triginta duas semitas à sapientia
egreduntur in Binab, quæ illas ex potentia in actu educit per manum
validam nominis Dei quadrangula duorum literarum, quod exhibent pri-
mus & ultimus legis versiculos, vt supra, cum de nomine hoc quadrangula
duorum literarum ageremus, ex Pardes declaratum fuit, Yerum hoc
loco non omitendo duxi loca primi capituli Genesij, quibus trigesies bis
ponitur nomen גְּדוֹלָה Elohim; hoc enim cum numeracione Binab com-
petat, Binab autem semitas à sapientia emanantes ex potentia in actu
educat, unde & Mundus natura dicitur; facile quinam dicti triginta duo
sapientia transimes sint, ostendit ipsis versibus, quibus inferuntur.

§ V.

*Loca in quibus Nomen Dei חָמָס trigesies bis in primo
Genesij capite ponitur.*

1. בראשית ברא אלחים: 2 וְרוּחַ אֱלֹהִים: Et spiritus Elohim serbatur.
3. וְיָדָה יְהָוָה אֱלֹהִים את הָאָרֶץ: 4 וְיָדָה יְהָוָה אֱלֹהִים יְהָוָה: Et videt Elohim lucem.
5. וְכָרְבָּן אֱלֹהִים בְּזִיהָאָרֶץ: 6 וְקָרְבָּן אֱלֹהִים לְאוֹרְדָם: Et vocavit Elohim lucem, dicit.
7. וְיִשְׁלַׁשְׁ אֱלֹהִים אֶת־חֲרֻקָּעַ: 8 וְיִשְׁלַׁשְׁ אֱלֹהִים וְקָרְבָּן: Et fecit Elohim firmamentum.
9. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים קְבוּרַת־הַמִּפְתָּמִים: 10 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים זְרֻעָה: Et adivit Elohim congeriegante aqua.
11. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים בְּסָרְבָּן: 12 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים יְבָשָׁה: Et vocavit Elohim firmamentum.
13. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים כְּנָסָבָן: 14 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים כְּנָסָבָן: Et videt Elohim quod effet bonum.
15. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים כְּנָסָבָן: 16 וְעִישַׁ אֱלֹהִים אֶת־שְׁנִי: Et dicit Elohim germinate.
17. חֲמָס אֱלֹהִים: Et facit Elohim duo luminaria.
18. וְיִתְהַלֵּךְ אֱלֹהִים אֶת־שְׁנִי: 19 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים שְׁרָיוֹן: Et dicit Elohim, sicut.
20. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים שְׁרָיוֹן: 21 וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים בְּטוּבָה: Et creauit Elohim Cœ.
22. וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים בְּטוּבָה: 23 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים אֶת־חַחַת: Et benedixit Elohim illa.
24. וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים תּוֹצִיאָת־חַחַת: 25 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים עַשְׁלָתָהָדָם: Et fecit Elohim animalia.
26. וְיִרְאַת אֱלֹהִים בְּסָרְבָּן: 27 וְכָרְבָּן אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et dicit Elohim faciamus hominem.
28. בְּצָלָם אֱלֹהִים: 29 וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et videt Elohim quod effet bonum.
30. וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: 31 וְיִמְאַרְבֵּן אֱלֹהִים בְּבֵית: Et benedixit Elohim bonum.
32. וְזָרַע אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: 33 וְזָרַע אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et dicit illi Elohim.
34. וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: 35 וְיִבְרַךְ אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et benedixit Elohim illis.
36. וְזָרַע אֱלֹהִים הַנָּהָרָה: 37 וְזָרַע אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et videt Elohim quia bona.
38. וְזָרַע אֱלֹהִים הַנָּהָרָה: 39 וְזָרַע אֱלֹהִים אֶת־אָדָם: Et dixit Elohim, ecce dedi

R. Kast
R. Lofgren

Nomina 33
semiflava -

אַתָּה חֶרְשָׁנָךְ נִקְרָא אֶתְכָּל מִשְׁמָרֵךְ וְאֶתְכָּל מִשְׁמָרֵךְ בְּבָבָה
אֲתָּה חֶרְשָׁנָךְ נִקְרָא אֶתְכָּל מִשְׁמָרֵךְ וְאֶתְכָּל מִשְׁמָרֵךְ בְּבָבָה

Prima semita vocatur Intelligentia admirabilis, coram summa. Est enim lumen dans intelligere primordium sine principio, et gloria prima; nulla creatura valet aequaliter existentiam eius. id est, intelligentia ab eo copit, occulta omnibus, quia extra eam fluit. **X Aleph, principium & caput omnium;** est simile **X** forma omnium literarum, & omnes semitae in ea sunt, sed per modum vniuersalem; hinc per metathesin dicitur **xid**, id est, admirabilis, quod retrogradata lectio idem est ac **xiiii Aleph**, iuxta illud, **X** a secessante non est admirabilis. **Deus fortis**, &c.

*Secunda semita est intelligentia illuminans. Ex ea corona creationis, quae
finitur intentio maxime regalis que super omne caput est exaltata. Et vocatur
la Cabalista gloria secunda. Vocatur autem illuminans, quia cum sit origo
totius creationis, notio eius consequenter prior, quia si ad ea Enseph-
intelligencia abundat, & idem habet semita vocatum etiam modus ade-
quationis ita Radak in hunc locum lertificavit.*

3 הנחיה משליחת נאכט בצל' קורטש רואו מירר והומס קרייזט האנרכיה אומגה
וילר שרשון קראן קראן אונטראיאו מאה אונטראיאו סבוחה תאנזאגן גאנזאלג'ן:
*Tertia semita vocatur intelligentia fancitum, & est basis scientia pri-
mordialis, quae dicitur artificis fides, & radices eius sunt; & est, parentis fidei,
quia de virtute eius fides emanat; respondet autem tercia Sephrina seu mani-
fus, que נסיך בינה, seu intelligentia discutit; quia per hanc exitus se-
pienit in omnes numerationes. Verum de hoc ample discutentem vi-*

4. הנוח חרבוני נקרא שכל קבוץ נקרא בן שטנו מלחמות כל אחד
הוונון בדורותיו שמהן מלחמות כל אחד בדורותיו

Quarta lemista vocatur intelligentia metalis seu receptacularis, quod in eam tanquam in metum ex superioribus intelligentiis delat, ea emanant omnes virtutes spirituales per subtilitatem, quam una ab aliis virtutibus suorum emanat, vocaturque idealis effluxus.

ז. הנחיה החופשית נקראה בכל נישרף ונקרוא בז מפוני פקאה נשים ותאורה.

Quinta semina intelligentia vocatur radicativa, eo quod illa est ipsa virtus maxime aequalis, qua coadunat se cum ipsa ratione intelligentia, que emanat ex perennibus latentibus primordiis. Virtutes superioribus semitis in hanc quintam fermentum delatae, & radicatae, qualisque fuerint, quando ab hac semita in inferiores deducuntur, traslentur, & mutantur pro variis homini-

300

33

Author libri
Baratshib
Rukha-

CLASS. IV. CABALA HEBRAICA FORVM ED.

homínium moribüs vel in misericordiam, vel in securitatem & iudicium;
de qua vide Pardes.

Sexta semita intelligentia dicitur influenti & mediantis, id quid in ea multiplicentur influxus emanationum; illa enim facit influere affluentes aliam in omnes benedictiones pescinas que vniuersit in ipsa. Dicitur huc semita aquarum.

Septima emitta vocatur **Intelligenzia** **recondita**, & quod illa spectet **rea** **fugientia** in omnes virtutes intellectus; & **oculo intellectus**; & **fidei contemplatione** perspicuantur. Dicitur **abscondita**, quia illa non comprehenditur nisi per intelligentiam numerationum; & sic distinguuntur à prima semita, quod illa incomprehensibilis sit, haec comprehensibilis; diciturque **semita intellectualium substantiarum**.

8. מושב התמוננו נקרא אב שלם והוא קורא לנו בפניהם כבודם ותפארתם מושב
אתן לשלוחם לארץ בורא עולם והוא יתפאר במלומדיהם מושב

9. אוניברסיטת חח'ז'ין נקראת בשם צהוב ונקראת לוי צהוב אמריקה. אמריקה מושב ביהדותם סבלן קוצ'ין יפהן:

מבחן הנקרא סטטוס רוחני
*Non semita dicitur intelligentia mundi, eò quod ipsa mundus numerationes, et probet emendatque existimationes imaginis earum, disponitque unitatem earum, que ipsa unitur absque detractione et divisione. Dicitur semita emunda-
 tio rerum.*

50. אהניב העזיר נקרא טבל מחרטץ ונקרא כן מפני שהוא מחהלו יושב על רצף ריבוי לסדר הנקום:

Decima semita vocatur **Intelligentia** **reblendens**, eo quod illa super omnes caput exaltata sit, sedat in fede Binab, illuminetque fulgorem omnium luminariorum, et emanare faciat copiam principi facientum. Dicitur semita varietatis rerum.

11 הנחיה אויה פיך נקרא שכל מאודעה וכקרא כנסטני מושא עטם ואפרגנו הפסטור
בכדר מעירחה והוא וויט אונטן לאומר בפונטיון עילוּה :
Vnde cima semita, Intelligentia dicitur fulgida, et quod ipsa est cortina ordinata iuxta dispositiones et ordinem leviter accipit, ut sit inveniens.

...dignitas quædam data ipsi, ut stet coram facie causarum.

12 *הַמְּלֵאָה כִּי-כִי קָרְבָּן בְּעֵדֶן* *קָרְבָּן בְּעֵדֶן*
Duodecima semita dicitur Inteligentia claritatu, eō quād ipsa species sit ma-
nificentia, locusque dicitur, de quo oritur visio vidēntium in appariōne. Unde
de eam vaticiniorum acquiritur; & ad quadrigae summam permane-

3: אחניב ששלוח עטר נקרא שכל מנויג האחדות פגמי שחוא פגם חכבודו וחו

REF. 3

BR 8170

Decima tertia semita dicitur intelligentia inducens unitatem, & quod illa sit ipsa substantia gloria, & perfectus singulorum spiritualium rerum item. Omnes scientiae, quae te unitati preuenient, & nunc te per danc decimam tertiam semitam. Nam tunc unius rerum resoluuntur dat 13.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima quarta semita dicitur intelligentia illuminans, & quod illa est Chalma, intelligentia recoraria, & fundatorum suavitatis, & apparatus genitrix. Dicitur semita arcuorum in rebus creatis in excelsum.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima quinta semita dicitur intelligentia constitutiva, & quod ipsa constituta creationem in caligine mundi, & Philosophi dixerunt quod illa ipsa se caligo de qua scriptura loquitur Job 38. Et caligo tuuorum eius. Dicuntur & legitima apertioe luminum.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima sexta semita dicitur intelligentia triumphantis & aeternae, & quod illa est voluntas glorie, que ipsi similius, & vocatur paradysus voluntatis, qui panitia est uictus. Dicuntur & legitima vitorie contra genios malos.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima septima semita dicitur intelligentia dispositiva, que ipsa pugnificat, ut per eam induantur spiritus sancti, dicitur & fundamentum pulchritudinis in subtiliorum. Et praecellentibus formis superioribus, & inferioribus.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima octaua semita dicitur intelligentia sue umoris affluente, & quod per medio scutatus eis trahunt arca, & additi sensu, qui latent in umbra eius, & qui adherent scriuimus ipsitatis eius de causa caufarum.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Decima nona semita dicitur intelligentia secreti, vel omnium oculitatum spirituum, & quod affluens sit, quae diffunditur in eam de benedictione alterius, & gloria sublimi seu excelsa. Est semita affluentia in omnes numerationes.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Vigesima semita dicitur intelligentia voluntatis, & quod illa est apparatus omnium & singulorum creatorum, & per hanc innotescit existentia sapientiae primordialis. Est semita arcuorum sapientiae.

הַנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה.

Vigesima prima semita dicitur intelligentia complacentie quesit, & quod illa

illa accipit influentiam diuinam, ut infusa de benedictione, cui in omnia est singularia existentia, ut vano nato : 1. פְּלִיאָה

2. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

3. Vigesima secunda semita dicitur intelligentia fiducie, eu quod in manu eius
communata sunt virtutes spiritualia, & patientia pacem, ut proprie auctis habi-
tancies sunt communia eius, ut in miliebus hominum ut in angelis :

4. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

5. Vigesima tercia semita dicitur intelligentia stabilitate, & quod illa sit virtus
confidentie omnibus numeracionibus. 2. פְּלִיאָה

6. הנְּרָבָא אֶבְרָעָם עֲשֵׂרְגָּדוֹר אַבְּדָל בָּאָדָם טָהָרָה
רְוָתָרָה וְחִזְקָתָה כְּבָנָה מִמְּנָה :

7. Vigesima quarta semita dicitur intelligentia imaginativa, & quod illa est fa-
militudinem omnibus similitudinibus, creatorum :

8. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

9. Vigesima quinta semita dicitur intelligentia tentativa, & quod illa est
tentatio primaria, qui Deus tentat omnes propter :

10. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

11. Vigesima sexta semita dicitur intelligentia renouata, & quod per illam
omnia, que in creatione Mundi renouata fuerunt, renouent :

12. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

13. Vigesima septima semita dicitur intelligentia concitativa, & est materia, de
qua creata sunt omnia producuntur sub orbe supremo, & motu eorum.

14. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

15. Vigesima octaua semita dicitur intelligentia naturalis, & quod per eam per-
fecta est natura omnis existentia sub orbis Solis in perfectione.

16. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

17. Vigesima nona semita dicitur intelligentia corporalis, & quod illa forma om-
ne corporis, quod corporatur sub apparatu omnium orbium, & incrementum eorum.

18. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

19. Vigesima prima semita dicitur intelligentia collectiva, & quod colligant ex ea.
Astrologi iudicio stellarum & signorum caelestium speculations suas; & perfe-
ctiones scientie sua lucta rationem volitionem eorum.

20. הנְּרָבָא קְרוּבָם בְּכָל מִתְּהִלָּה וְעַדְתָּם כְּבָנָה וְחִזְקָתָה
כְּלֹא לְעוֹמָקָה מִלְּבָד :

21. Vigesima secunda semita dicitur intelligentia complacentie quesit, & quod illa

בשבורית שבעה ככבי לכה לחבלם : נחיב פנים שלשים נקרא שכל נערם פנוי שהוא סחוקן לכל חמשתיהם

Trigesima secunda semita dicitur intelligentia administrativa, eo quod dirigat eos, concurrat ad omnes operationes septem planetarum, eos ad partes eorum.

Semina p*ri*catur Intelligentia; Atque ha*ec* sunt tringita du*x* semin*is* sapientia; que a sapientia suprema procedunt, & actuuntur a Binab*h*o*e*s*t*; intelligentia. Dicuntur autem Intelligentia, e*o* quod studiolum in lege dirigunt, illuminant, inflammat, instruunt, ad Deum in omnibus latenter querend*u*m, amand*u*m, & in-
tellegend*u*m. Dicitur h*ec* deus*u*m. Dicitur h*ec* deus*u*m. Dicitur h*ec* deus*u*m.

tas hominis constitutis procurandam. Vt si harum semitiarum practicus hic est. Cabalista cum Deum per certam aliquam naturalium rerum semitam inuestigare voluit; primo summo studio & præparatione præmissa, tringita duo loca primi capituli Geneios, hoc est, semitas rerum creaturarum consultum; deinde certis orationibus adhibitis per domen dñm Deum obsecrantes, ut hunc propositae semite inuestigando congrualligatur, variisque adhibitis ceremonijs tandem sibi perfluent, intelligentia se lumen a lepros, dummodo corde mundo, fide inconcupisca, & charitate ardentis inquisitionis insisterent. Atque ut instant oratio maiorem efficaciam habeat, vphirum in nomine quadrigantia duatum literarum, non sine superstitione, que nunquam abef, vtntur; quod ut ex primo & vltimo legis versu extractum fuit, ita sumnum quoque & ineffabilem efficaciam ad id, quod per illud poluantur, obtinendum, habere arbitrantur. Lector, si placet, consulat paragraphum tertium de nomine Dei litterarum, ex qua meliorum huius loci intelligentiam acquireret. De modo vero illud pronunciandi, vide infra suis tractatum.

§ VI.

De quinquaginta portis Intelligentiae.

Quemadmodum trinatae sunt ex Sapientia egressae in omnem terum creaturam ambitum se diffundunt, ita *Biāb* sive *Intelligenzia*, quam Spiritum sanctum diximus, ad dictas fematas continuo quinqaginta portas aperiuntur, quod est, trinigra duas fematas Sapientiae & Potentiae ducere in actu. Portas dicuntur, quia nemo ad perfectam diuinam semituram notarium poterit iuxta Cabalistas, nisi prius per has portas ingressus fuerit. Quarum cognitionem primus Moyses tradidit polliceri creditur, carumque omnium prater vnius intelligentiam habuisse. ita in porta lucis R. Ioseph Castilensis.

J'entre je
quid, & cur
la Ecuador,

R. Joseph Car-
michael

אמנו רכובינו חשמים שעורי בינה נבראו בעולם וכולם

Dixerunt Rabbini nostri, quinquaginta portæ creatæ sunt in mundo, et omnes
preter unam traditæ sunt Moysi, secundum quod scriptum est, Minisisti eum paulo
minus

Digitized by srujanika@gmail.com

minus à Dīs, id cī, ab Angelis. Et Ramban in Genes. exordio ait, omnes quod Mōi per portas intelligentias traditum est, contingetur in lego diuinā, vel sensu literālē, vel allegorico per directionē, vel Arithmeticas suppositionēs, vel geometricas literātūrā figurās, sive decriptiōs, sive transmutatiōs, vel harmonie consonantiā ex formā characterē, conjunctionib⁹, separationib⁹, tortuosoſatō, directionē, deficiētū super abundantia, minoritate, maioriatate, coronatione, clausura, apertura, ex ordine redundantēs. Per hanc quoque legem, auctor Cabalistæ, a diuino spiritu adeptus est Salomon Rex sapientissimus, omne quod noverat, iuxta illud lib. Reg. Dedit autem ei Deus sapientiam, & prudētiam multā nimis, quasi arenam, que sī in luto maris. Et cresuit sapientia Salomonis supra sapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum, etāq; sapienter, cura ēt bonitatem, & dispositiōnē super lignis à Cedro que sī in Libano vīsū ad hisopum que ereditur de parate, & differt de valuerunt, & repulēti, & percūscū. Aperuit itaque spiritus sue intelligentia Salomonis quinquaginta rotū naturae portas vīram omnes, ad triginta duas, semicircūlā pācientia, que sunt semītē ad quadrigam diuinātates, rerumque altissimātū, incomprehensibiliumque mysteria dirigentes. Sed iam vidamus, quemnam illā sint portæ.

*ardes.
Porte quin-
ue princi-
palissime que*

subdividus.
ar singulæ
a alias de-
em minus
incipiales.

Ianus Miram-

quinarius medium semper obtineat denaria reuolutionis. Quinario itaque per 10 multiplicato exsurgit numerus 50 portatum intelligentia, seu anni lubilium. Si vero deinde cubicanteris, nascetur millesimus generationis; & sic eodem in infinitum cubicato, nascetur infinitudo, magnum illud Sabbathum Sabbathorum, quod est regnum omnium seculorum, quod & Cabalisticus Enufph dicitur, & ei Deitas ipsa sine induento; reliqua enim Deus produxit amictus lumine sicut vestimenta, ut esset lumen de lumine, ac inde vestimenti sui lumine crearet Mundum intelligibilem, spirituum separatarum & invisibilium, quod Cabalisti eccliam vocant. Vnde R. Eleazar, cum interrogaretur, unde creatum est calum, respondit: *non habemus id, sed est in lumine vestimenti sui sumptus.* Atq; huic ascendit Moes ad Deum, ut cognosceret lumen vestimenti eius, & Sabbathum Sabbathorum, & lubilizem superius, & millesimam generationem, quod totum nihil aliud est, quam Mundus superior ideoque, Angelorum, felicium animorum. Cum itaque Moes Deum sine vestimento, id est, reconditam diuinitatem facientem videre nequiverit, recte dicitur, iuxta R. Eleazar, ad vicinam 50 portatum pertingere non valuisse, iuxta illud; *Faciem meam videre non poteris;* quod ita exponute Cabalici:

אקרא לפביר השם הנדרולש שלא טובל לראtan:

*Id est, Vocabo eum te nomen magnum, quod non poteris videre: ita Rambam in 33 Exodi. Quo luce luentier appetet, Deum iuxta citatum Authorum, esse suum tetragrammaton, & a Mole non sufficere vultum. Et enim hoc omnium portarum principium super omnes creaturam ante creationem accordinge invia illud Onkelos: *וְיָדֵךְ כִּי-כִּי**

עד שלא היה חווילם היה הקב"ה ושמו בלבד:

וד שלא היה חווים היה הוקב' ושם בלבך :
 Et id est, V^{er}isque non fuit creatus M^{undus}, fuit Deus, et nomen eius sanctum
 Et Rambam 29 libro Moreh:

תורה מינה: תחילה שלא היה שום דבר נמצא כלל אלא חם

Id est, Ab initio cum non esset villa res, solum Deus erat nomen et nigrammaton, & sapientia eius. Moles itaque 49 columnis portarum notitiam habuit, & per eas legem diutinam inuestigavit, ad quinquegumam minime permisus; Ioseph vero 48 tantum notitiam habuit, vnde minus Moses iuxta R. Akiba. Et post mortem Moses ab condita fuit Ioseph in vno, & reliqua fuerunt quadriginta & Salomon laborauit super illa porta ad redendum eam, sed non poterat; non itaque Ioseph tantum valuit ascendere, quantum Moltis, ideo vno gradu eo fuit inferior. Sed iam quales illa portae sint videamus. Diximus supra, portas in quinque principalissimas Claves diuidi, earumque inquamque; in decem particularis portas distribui, haec nunc ordine explicitum.

Pri

Prima Clafsis

Porta I & infima: Matesia prima (H. 16.5. Eta 1.25)

- 1 & cetera, Materiam, Hyle, Chios τὸν.
 2 Vacuum & inane, id est formarum priuatio.
 3 Apperitus naturalis, abyssus.
 4 Elementorum discrecio & rudimenta.
 5 Terrenum elementum nullus adhuc sensimbus infectum.
 6 Aque elementum operari sensans.
 7 Aceris ex aquarum abyso exhalantis elementum.
 8 Ignis elementum scouens & animans.
 9 Qualitatum symbolizans.
 10 Apperitus caruadum ad commissionem.

Classis secunda

Misnomer Decas.

litterarum et rerum publicarum Decas.

- Porta 11 Mineralium, terra discoperti, apparatio
 12 Flores & fucci ad metallorum generationem ordinati.
 13 Mare, lacus, flumina inter alios secreta.
 14 Herbarum, arborumque, id est, vegetaciorum naturae producio.
 15 Vires & semina singulis indica.
 16 Sensibili naturae productio, id est,
 17 Infectorum & Reptilium,
 18 Aquariorum, } vniuersitatem proprietatibus cotundens.
 19 Volucrum,
 20 Quadrupedum procreatio.

Classis Tertia.

Graisis-Tentia.

Humanæ Naturæ Decas.

עולם קרתני: *id est*, *Mundus curiosus*; *Mundus min-*

- Porta 21: הומיניס, Hominis productio.
 22: אדמה, Limus terra damascena materia.
 23: נפש, Spiraculum vite anima, sive
 24: מוחה, סורט וריאנטה, Adami & Euz mysterium.

מאות

320 OBIDIPI EGYPTIACI GYMNAS. HIEROGL.

25. חָמֵץ, Homo omnia, microcephalus.
 26. קְרַבָּה, Potentia exteriora.
 27. מִסְחָה בְּחוֹת גָּשֶׁם, Quinque potentia interiora.
 28. קְרַבָּה, Homo Caelum.
 29. אֲוֹתָה וְאַזְּרָעָה, Homo Angelus.
 30. אַלְמָנָה, Homo Delitago & similitudo.

Clasis Quarta.

Continet Cœlorum Ordines, & vocantur ab Hebreis

עולם הגילום, id est, Mundus sphæram, qua sunt

Porta 31	הַלְבָדָה	Cœlum Luna.
32	הַכּוֹבֵד	Cœlum Mercurii.
33	הַגּוֹן	Cœlum Veneris.
34	הַחַמֵּה	Cœlum Solis.
35	הַמִּירְאָם	Cœlum Mariæ.
36	הַזָּקָן	Cœlum Iouis.
37	הַבְּטָאָה	Cœlum Saturni.
38	הַרְקָעָה	Cœlum firmamenti.
39	הַלְּבָדָה וְהַגּוֹן	Primum mobile.
40		Cœlum Empyreum.

Clasis Quinta.

Nouem Angelorum Ordines continet, & vocatur.

עולם המלאכים, id est, Mundus Angelorum, ut sequitur

- Porta 41. חָרָבָה, Animalia sancta, Seraphini.
 42. אַתְּנוֹתָה, Ophanim, id est, Rotz, Cherubini.
 43. אַנְגָּלִים, Angeli magni fortes, Throni.
 44. אַלְמָנָה, Halchemalim, id est, Dominationes.
 45. טָהָרָתָם, Seraphim, id est, Virtutes.
 46. מַלְאָכִים, Malachim, id est, Potestates.
 47. אֱלֹהִים, Elohim, id est, Principatus.
 48. בְּנֵי אֱלֹהִים, Ben Elohim, id est, Archangeli.
 49. כְּרָבִים, Cherubim, id est, Angeli.

CLASS. IV. CABALA HEBRAEORVM.

Classis Sexta.

וְאֵין כָּלָל, Deus imminens.

עולם עלין, Mundus supramundanus & Archetypus.

Porta 50. Deus Optimus Maximus, quem mortalis homo non vidit, nec villo mentis scrutinio penetravit, estque quinquefima porta, ad quam Moysés non pertigit.

Hanc solus Deus homo Christus IESVS verus Messias penetravit; suisque electis eam viam monstrauit per lumen fidei, iuxta illud: *Dedit me in fidem populi, in lucem gentium;* & illud: *Ambulabunt gentes in lumine suo.* Atque hec sunt quinquaginta portæ, per quas ab Intelligentia seu Spiritu sancto aditus paratur ad triginta duas semitas sapientiae sedulo & indefesso legis scrutatori.

§ VII.

De Potestatibus triginta dextris mensuram Gedulah stipantibus, & de totidem sinistris Geburah stipantibus; deque nomine sapientia diuarum literarum, & triginta diuarum semitarum Sapientie. omnia ex mente Hebraeorum.

Expositis in precedentibus paragaphis quinquaginta portarum Intelligentiarum, quæ à tribus supremis Sephiroth procedunt, mysterijs iam septem inferioris Sephiroth, quæ sunt נְבוּאָה נְבוּאָה, opus fabrice, cum singulis earum proprietatibus pari passu exponamus.

In systemate Sephirotico tres ponuntur canales; primus à Gedulah, sive Cheded, id est, magnificencia seu misericordia, ad Geburah sive fortitudinem seueritatemque deducitur; alter ad Tiphereth sive pulchritudinem; tertius ad Netsah; totidem quoque à Geburah ad Gedulah, ad Tiphereth, & ad Hod deducuntur; à Cheded ad Geburah reciprocus canalis misericordie & iustitie ducitur; & vt Rashi aferit, se habent ignis & aqua.

שליח צבאות וצאים מחסס ואחד טהרט אל גבורות ובן מוגבורה נזקן כח אל החדר אש של גבורה לבש להומ המים של חסך ומיט של חסר לבבות אש הגבורה:

Id est, Tre canales seu fistule egreditur ex Cheded, id est, mensura misericordie, & primus ex illis deducitur ad Geburah mensuram seueritatis, & pariter à Geburah seu a seueritate mensura ad mensuram misericordie egreditur Virtus, id est, ignis, quem seueritas in mensura notat; ut exsciftet humidum aquarum, que appro-

appropriantur mensuræ C̄hesed, id est, misericordia; & aquæ, que appropriauntur mensuræ C̄hesed, id est, misericordia; & extinguit ignem Geburah sive severitatis. Si enim sola misericordia Dei foret, Mundus peccatorum iniquitatibus subuerteretur; & si sola iustitia seu severitas Dei, idem contingeret; hinc secundus canalis virtutique & Gedulah & Geburah ad Tiphereth, id est, pietatis et clementiae deducitur, quæ est temperie quædam, sive harmonicum quoddam temperamentum, quo misericordia iustitia, & haec misericordia apte, ad Mundi integratæ & substantiam, temperatur; atque hæc sunt duæ columnæ, quæ Moses sive forma nubis & ignis præcedebant in exitu. Quæ omnia Simon Ben Iochai pulchritate verbis latine redditus describitur. Et quædam per collationem gratia vel misericordie Mundus non poterat gubernari, ideo necesse fuit, ut emanare faceret post columnam gratia, id est, misericordia columnam fortitudinis seu severitatis, que & iudicium perficit; cum verâ neutrâ barum diarium columnam mundi gubernari posset, sed opus est proprietate seu mensura, quo exprimitur intermissione, ideo emanat eis proprietas iustitiae & misericordia, hoc est, pietatis & fortitudinis, que est mensura media inter duas, ita ut faceret reconciliationem inter gratiam seu misericordiam, & fortitudinem seu severitatem, easque ad concordiam renoveret; quoniam vero ex parte fortitudinis seu severitatis datur pars pro peccatis, que quis peccaverit iuxta normam iudicij; Hinc Canali tertius, qui ex C̄hesed ad Netab, id est, à misericordia ad vicelioriam ducitur, affixa sibi bœbi præcepta affirmativa, & canalis a Geburah sive severitate ad Hod, sicut trahit præcepta negativa, que postea amplius explicabantur. Præterea canales dicti Gedula & Geburah in Tiphereth ducuntur, ad Mundi temperamentum secum trahunt veritatem, rigitam quinque Principes misericordia dexteræ sive remuneratores, severitas totidem finitimus castigatores, que conjuncta constitutum septuaginta præcepta totius Mundi, que anumeratur binis mensuris vnde prolixerunt, constituant septuaginta duo Angelos ex tribus versibus 14. Exodi extracto, vt supra in § de septuaginta duarum literarum nomine ostendimus. Numerus autem virtutum pertinet secundum Cabalisticos ad 216; quarum 72 sinistra, 72 media, 72 dexteræ, quod quomodo intelligentum, apersamus.

Docimus supra ex 3 Exodi versibus, qui incipiuntur וְיָמֵנוּ וְיָמֵנוּ וְיָמֵנוּ, tres series constitutæ, quarum unaquæque septuaginta duas literas continet; & propter primus versus respondet septuaginta duabus potestatisibz dexteris, secundus versus 72 septuaginta duabus medijs, & tertius versus 72 sinistris competit potestatisibz, que simul iuncta dant 216, numerum potestatis, quibus tres canales Gedula, Geburah in Tiphereth stipati sunt; quarum sinistri penitentia præceptis castigatores, dexteræ premia laetiantur obsecrantibz legem; media excellum paenitentiam prædictumque iunctur obsecrantibz legem; & non facies, vii dictum est. Affirmativa sunt 248, ut videlicet, quot in corpore humano ossa sunt; atque adeo non Ramach vocantur, vocabulo numerum 248 continentur. Negativa sunt 365, à vocabulo nos Schabab hunc eundem numerum continentur, sicutque tot, quot in anno Solari dies sunt, videlicet 365; quæ sunt Cabalisticæ desribuntur. Et membra 248 humani corporis, quæ ab

1. Potestatis
2. Sinistra
3. Media
4. Dextra
5. Constatibz
6. Constatibz

עַד מִזְרָחָה הַנֶּסֶבֶת נִשְׁאָבָן עַב בְּחוֹת הַמִּצְרָיִם אֶל
עַב כְּנוּעָר שְׂרָם רֹא אֲוֹתָיו עַב דִּימָן וּעַב דְּשָׁפָל וּעַב
אַמְצָעִים חַרְפָּאָת הַוְּאָה הַמִּזְרָאָם מִן הַחַטָּאת אֶל הַפּוּעָל
וּמִכְרָעָם לִימָן: וּבָן עַל זַיְהָגָב הָאָגָב עַן תְּחִבָּעָת
בָּצְרוּף אֲוֹתוֹ שְׁלַבְבָּה

¹ Id est, ut *terram Canalis*, hic trahit secum septuaginta duas potestates comparatus ad ya-nanah, scutum suum est, & sunt 216 luteæ, septuaginta due ex yis sinistra, septuaginta due media, ex et Tiphereth, quæ cas educat ex potentia in actu quo ligatur a septuaginta duabus dexteræ, sic spe canalis batui septem-ponderatio ratio Gebara. Sic Pardes. Sed hæc de duarum Gebara & Gedule mensurarum satellito sufficiunt.

S VIII.
De preceptis affirmatiis & negatiis, que annexa sunt canalis.
Sephiroth Gedula & Geburah ad Nešab & Hod, ex
menne Hebreorum.

Canalis, qui à mensura Gedula sive C̄hesed, scilicet misericordie ad Nešab, hoc est, victoria regni & normaliter tendit, ut & canalis oppositus à Geburah sive Pechab, hoc est, severitate & timore ad Hod, id est, gloriam tendit, annexa habent præcepta legis, illæ affirmativa, hic negativa. Affirmativa apud Rabbinos vocantur *yes*, facies; negativa *no*, non facies. Hinc apicem canalis à Geburah ad Hod, & ab C̄hesed ad Nešab ducuntur, ut indicaret, facientibus legem, benevolas esse dextræ potestates à misericordia originem habentes; non facientibus, sinistros vindictam minari, & de prævaricantibus poenas & supplicia sumere, idque ut sicut Hod, id est, gloria Dei in iustitia sua demonstratur, ita seruantibus legem Victoria & æternitas, quæ per Nešab, cuius canalis ab C̄hesed ducuntur, & sic misericordia Dei in Victoria, quam zelantibus legem contra finitimas potestates pollicetur, ostenditur. Verum ut arcnum præceptorum luculentius pateat:

Notandum, præcepta viii uerbi legis numerari 613. Colliguntque hæc eadem ex Decalogo, quo tot literas habet, quot præcepta in legem conseruantur, & non & totum legum complexum xvi Tberig vocant, qui nihil aliud est, quam numerus dictorum præceptorum 613, vt in margine parer. Dividuntur autem omnia præcepta partim in affirmativa, partim in negativa; sive in facies, & non facies, vii dictum est. Affirmativa sunt 248, ut videlicet, quot in corpore humano ossa sunt; atque adeo non Ramach vocantur, vocabulo numerum 248 continentur. Negativa sunt 365, à vocabulo nos Schabab hunc eundem numerum continentur, sicutque tot, quot in anno Solari dies sunt, videlicet 365; quæ sunt Cabalisticæ desribuntur. Et membra 248 humani corporis, quæ ab

Præcepta al-
liorū alia
vocantur
negativa
quoniam vo-
catur apud
Rabbinos.

Præcepta
omnium legi
sunt 613;

400
200
10
3

613

Affirmativa
sunt in cor-
pore huma-
no 248;
Negativa
sunt 365; quæ
quot se dicit
in anno.

Membra.
248 humani
corpora quae.

102 membra.

101 sive. loca.

18

9

8

6

5

248

matius præceptis respondet, hoc pacto dividuntur. Triginta ossa in extremitate digitorum pedis (nempe sex in unoquoque digito pedis) deinceps per triduum, duo ossa, in cruce; quinque in genere; vena, צְבָדָה, in femore; tria in tibio, in coxa; triginta et unum in manu (lex scilicet in unoquoque digito) duo nasa, in canina; duo rotulae, in cubito; vena yugularis, in brachio, sive lacerto; quatuor arcus, in scapula; undecim myrsinæ, costæ. Ecce centum & vnum ab uno latere, totidem ab altero faciunt 202. præterea oculodeum cum oculis, vertebrae, in spine dorsum inueniuntur, in capite; octo arcus, in collo; secundum ḥermonitam, in apertura cordis, id est, thorace; quinque rotulae, in casitatis suis. Sic habes 248. Iudicent porro anatomia pe-
riti de hac Iudaica anatomia, quam decerpimus ex libro intitulato
תְּרִיגְמַת מִזְרָחָן תְּנוּןָן מִשְׁתָּחָן כְּנָגָר שְׁלָמִים אֶתְמָם.
תְּרִיגְמַת יְהוָה וְרֹמֵחַ מִשְׁתָּחָן כְּנָגָר שְׁלָמִים אֶתְמָם.

De præceptis negantibus, quæ sunt 365, tot scilicet, quot dies in anno solari, ita legitur in tractatu *Makoth*, id est, *plagaria* c. 3. fol. 145.

R. Salomon.

COA

Præceptiorum
numerorum in
membris corporis
Abraham.

N

C

D

R

200

C

D

40

48

248

Tbarig, id est, 613 præcepta data fuerant Moysi Siue; 365 negantibus, iuxta numerum dierum solarium; 248 affirmantibus iuxta membrorum bonitatem. Ad hanc traditionem R. Salomonis Glotia est: *Præcepta 248 facienda sunt, quia unicuique membro dicuntur, sic et formæ præceptorum 365 præcepta non facienda sunt, quia unoquoque die monentur bonitatem, ne transgrediantur os Domini.* Verum quid per mysteriosam hanc descriptionem indicate velint, aperte.

Legem Dei aeternam & immutabilem, veluti archetypum quoddam & ideam ex mandatorum lege, tanquam ex umbra quadam imagine, coniunctionis; cum vero suceptor legis homo parvus Mundus, ad Universum habitum, atque ad imaginem & similitudinem Dei factus sit, salus & perfectione eius iure veluti quodam postulare videbatur, ut magnum Mundum & Contidorem suum facta opereque referret atque imitaretur; imitatur autem ei non creatura legi conformi & simili illi legi, quæ regitur Orbis, & Microcosmi economia, per membrorum diuerorum, diuerarumque operationem in vnum scopum & finem, que est conservatio hominis, tendentium legem, actus suos moderaretur. Quemadmodum igitur ex reâ membrorum humani corporis, quæ legis diuina symbola sunt, constitutione totum corpus se habere debet, sic ex legum observatione tota anima recte se habens, sanitatem, vitam, pacem, & Deo placitam perfectionem consequitur. Contraria si vel vnicum ex 248 humani corporis defloretur, deficit, hinc, malè habeat, totum corpus languet, & in operationibus suis deficit. Pati passus anima vel vnicum in lege præceptum transgrediat, prævaricationis omnium, vt Apostolus dicit, rea efficitur. Sunt itaque humani corporis membrorum virtutes & operationes necesse, propter analogiam. Hinc diuinâ quâdam dispositione factum est, vt nomen וְאַבְרָהָם Abraham, et resolutum, numerum prætorum 248 contineret: cum enim omniū credentium pater esset futurus,

turus, meritò cum Deus veluti exemplar & deam quandam esse voluit obseruantum, præceptorum. Hinc ad eum vox Dei iubentis cum, hec tantumq; ad perfectionem: *Ambula coram me, & ego perficius, & alibi: Cui præducit Abram præcepta et mandata mea, & haec mea, te annis legem feruant.* Merito itaque in nomine legis tenebat formam, in quaenam studio collimabatur.

Sed eis omnibus comparatur præcepta: respondet, quod siuei officia humani compaginis consistentia est, ac præcepta affirmativa animis, neque enim spiritus Dei corporis interdil olla accesserint, vnam quodque ad iudicandam, vni habetur in Ezechielis visione: quicunque enim perfecte præcepta haec obseruant, in canales superiorum influxum omnes sibi appetit; contraria qui ab obliterantur corundem decesserit, quid aliud agit, nisi vaneas & fistulas se phlegmatum emanationem claudit, obstruat, plantasque diuine arboris detracetur. Hinc diuina bonitas 248 præceptis affirmatis, tot negativa adiunxit, quod dies in anno, id est, 365, ut hoc ipsum indicaretur, homini iusto & coram Deo in simplicitate ambulanti nullum diem transire debere sine diuinorum mandatorum contemplatione, iuxta illud: *In corde meo abscondi etiqua tua, ut non peccem tibi;* & illud: *Concupiscentia mali desiderare iustificationes tuas in omni tempore;* quod & Pslmus 118. toties collimat. Sicut enim Sol 365. dierum spacio circulum conficiens, mundum omnium bonorum vberate compleat, ita anima mandatorum diuinorum circulum conficiens, omnium bonorum vberate compleat, qui est finis totius legis. sed ad canales reuertamur.

Tibereth per dnos Canales influit in *Nefesh*, in *Iesod*, & in *Hod*: & quemadmodum tres supremæ Sephiroth coniunguntur in *Kether*; ita duæ *Gedulah*, & *Geburah* in *Tiphereth*; sicq; *Nefesh* & *Hod* in *Iesod*, id est, fundamento; quod est fons aquarum viventium; Deus vivus vixit; ab omnibus enim reliquis gratiam haurit & vitam, quam in *Adonai*, quæ est *Malchus*, transfundit. In quantum itaq; gratia dimensionem suscipit, in *Elohim* vocatur; in quantum autem vitam largitur, in *He vius* dicitur, cum virtus vigorem hinc in *Malchus* trasfudit, *Adonai* dicitur, & cuiusvis rei mobilis anima designat, reptilium scilicet in arida, pisces in mari, iumentorum, belluarum, volucrum, hominum, & toruque. Celi ac Stellarum ad singula coru genera copias demonstrat, supernaque homini aliitatem animam mentemque, vt Platonicis loquuntur. Omnes itaque mensura per tres supremas, & totidem intermedias, & tandem per tres inferiores diversis canibus per *Iesod* in *Malchus*, hoc est, *Regnum* devoluuntur; cuius nomen *Adonai* specie Ignis deuorantis vestimentum in sublimi folio Altissimi sedens vt Princeps, & totius terrarum Dominus regis insignibus ornatus, totiusque quadriga superiorum inferiorumque accidente quadrangula durarum literarum nomine, solidissimum præses effulget, iuxta illud, *Adonai, Adonai, Dominus Dominus noster, quoniam admirabilis est nomen tuum in Vainis a terra.* Hunc enim, vt aiunt, ad superos euhie illum ad inferos & aeterni supplicij barathru præcipitat; hunc languentem illum si & valentem reddit, prout indicet æquitas exigit superiorum numeracionum; à quibus severitas, aut misericordia clementiæ nomen accipit;

Præterea cur
obligata
homo
in corpore
comparatur

Etiam
in se
etiam
in se

